



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Jejunium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

De Jejunio, comite Orationis.  
PUNCTUM XC.

Judith. 4.

4. Esdr. 5.

Job 6.  
Jejunium co-  
mes orationis.

Tob. 22.

D. Basil. ho-  
mil. 1. de laud.  
jejun. Chryf.  
hom. 71. ad pop.

Idem.

Et schola precii.

Hieron.

Bernard.  
Crapulatio fo-  
molentiam  
parit, & men-  
tem absciscat.  
D. Basil. homil.  
nec 29. var.

Jejunij symbo-  
lum onager.

Job. 19.

D. Greg. ibid.

**I**N plerisque Scripturæ locis jejunium cum oratione junctum est. Judith. 4. Exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanferitis in jejunio, & orationibus. B In Esdra: Uriel ad eum: Si oraveris, & jejunaveris septem diebus, audies iterato horum majora. Et jejunaveri diebus septem ululans, & plorans, sicut mihi mandavit Uriel Angelus; & iterum cogitationes cordis mei moleste erant mihi valde, & iterum capi loqui coram Altissimo sermones. Tunc Uriel: Si iterum rogaveris, & iterum jejunaveris septem diebus, iterum tibi renunciabo horum majora. Sic semper jungit orationi jejunium. Sic & Raphael utrunque copulavit: Bona est oratio cum jejunio, & elemosyna. Jejunium etenim, & elemosyna, ut inquit Basilius, alæ sunt, quæ preces nostras subvehunt in cælum. Et Chrysof. Orans cum jejunio geminas habet alas; & ipsis quidem ventis leviores.

Ab eodem Chrysof. jejunium dicitur schola precum, & merito, hoc enim mentem elevat ad sublimia contemplanda, nam pinguis venter, ut ait Hieron. non gignit tentem mentem. Et Bernardus: Cibus repletus aptior est ad dormiendum, & crapulam exhalandam, quam ad vigilandum, atque orandum. Accipiter non volat bene pastus, nec intellectus post multas epulas elevatur. Basil. Daniel visionem non vidisset, si per jejunium perspicaciorem animam non fecisset, ex crasso enim alimento evaporationes velut fuliginosæ emittuntur, & instar densæ nubis illuminationes; quæ à Spiritu Sancto in mentem redundant, dirimunt, ac interceptant.

De onagro illo (ex D. Greg. simbolo jejuantium) qui clamorem exactoris (gulæ) non audit, inquit Job: Circumspicit montes paucis, & circumspicit montes paucis, sicut alia contemplationes internæ reflectionis, quibus abstinenti-

tes incentivis carnis castigatis, caelesti dulcedine pascuntur.

Gula destruit orationem, Nabuzardan, Jer. 7. 32. Hebr. Princeps coquorum. Sic Gregorius: Hebr. Destruxit murus Jerusalem, vel combussit Gregor. domum Dei, & omnes domos Jerusalem. Hinc Hieron. Quando comedis, cogita, quod statim orandum, vel legendum sit.

Cibus cum mensura sumendus.

PUNCTUM XCI.

**C**ibus tuus, quo vesceris, erit in pondere Exech. 4. viginti sistentes in die. Ubi Mariana: Marian. ibid. Stater Græcis continet dimidiam unciam, sic etiam Isidor. Et aquam in mensura bibes C sextam partem hinc; quæ mensura capit duodecim, aut quatuordecim uncias. Cibus, & potus (inquit Interlinearis) qui magis mortem solam prohibeat, quam vires præbeat, qui mortem solam arceat, delicias nullas ministret, hæc erat oblesis illis præscripta mensura; hæcque esse deberet (inquit Lyranus) cujusque circumvallari, & obfessi Christiani mensura cibi, quo contra obsidentes humani generis hostes vigilans, & impiger esse posset, quinque, aut sex uncias panis, totidem aquæ.

Vix paulò latior Lessius in Hygiasticon, dum ad vitam non solum tuendam, Lessius in Hygiasticon, sed & prorogandam quatuordecim concedit uncias. Contremiscunt ad has mensuras gulosi, sed reverà natura paucis contenta. Initium vitæ hominis Græcè, principium, hoc est fundamentum vitæ hominis panis, & aqua.

Idem Ecclesiasticus disertis verbis: Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum! Et in dormiendo non laborabit ab illo, & non sentiet dolorem. Vigilæ, cholera, & Vicitus tenuitas tortura, viro insuntio. Somnus sanis atis in commendata. homine parco, dormiet usque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Sunt hæc pulcherrimæ observationes pro commotis temperantiæ, & incommodis gulæ: ad majorem emphasim quidam ea legunt ad-  
N 3 mira-

Græc.  
Raban. ibid.

Hieron.  
Intemperantia  
eibi parit cho-  
leam, & ad-  
mit somnum.  
Græc.  
Hugo Card.  
ibid.

Morbos, &  
mortem citam  
adfert.  
Eccles. 37.

Græc.  
Intemperans  
homo obbrute-  
scit.

Eccles. 31.  
Lycan. ibid.  
Ians. ibid.

mirativè: *Quàm sufficiens est homini erudi-  
to; Græcè: Disciplinato bene instituto, vinum  
exiguum!* Rabanus abso'ute: *Exiguum.* Sic  
crenim subdit: *Tenuis victus, tam ani-  
ma, quàm corpori utilis est, superfluous  
verò e contra.* Sic Hieronym. *Cibus sim-  
plex, modicus, minùs onerosus est. Dives  
epulis distentus, aut vix, aut nunquam  
somofovetur.* Id, quod dicit Eccl'asticus.  
*Vigilia, cholera, & tortura viro infrun-  
to, quod est Græcè, inexplebili;* vel iuxta  
Hugonem, *infrunito, id est, guloso. sine  
frumine disciet onis: vel ebrioso sine  
fronio, quia nunquam ab humore vini  
siccat: vel intemperato, sine freno tem-  
perantia: vel inverecundo, sine fronte  
verecundia: vel insipienti sine frovesi sa-  
pientia.* Hæ omnes etymologia quadrant  
homini infrunito.

Huic primùm *Vigilia*, ciborum enim  
superfluitas impedit somnum: ad hæc  
*Cholera*, id est, cruditas, aut cholica, vel  
vomica passio, vel vitæ curtatio, cholera  
enim, & vomitus causa sunt brevitat'is  
vitæ. Sic infra: *A viditas appropinquabit us-  
que ad choleram. Propter crapulam multi ob-  
erunt, qui autem abstinentes est, adiecit vitam.*  
Tandem *& tortura*, id est, torsiones ven-  
tris, vel molestissimæ extensiones, ad in-  
star ejus, qui à Judice torquetur. *At so-  
mnus sanitatis in homine parco, dormiet usque  
mane, placidè scilicet, absque somniis ter-  
rificis, ac excitantibus. Et anima illius cum  
ipso delectabitur;* aut Græcè: *Et anima ejus  
cum ipso quasi compendio dicat: Tempe-  
rans vigilat, & dormit ut homo, secum  
animam habet: in homine quippe intem-  
perato non videtur esse anima ejus cum  
ipso, sed rationalis recessisse videtur, &  
loco sui animam irrationalè substituisse.*

Id quod pauld superius innuisse vide-  
tur: *Vtere quasi homo frugi* (Lycanus, id est,  
modestè, & temperatè, hoc sibi vult, fru-  
gi) *his, quæ tibi opponuntur.* Ubi Jansen. *Fru-  
gi* Græcis non est, sed tantum: *Vtere quasi  
homo;* quo significatur, quemque cibum  
sumere debere, sicut naturæ humanæ ra-  
tione utenti convenit, temperatè scilicet,  
& honestè, non autem instar belluæ ci-  
bum vorandum, & in diversas partes di-  
strahendum.

A Pulcherrimum hujusce modestiæ ex-  
emplum in Petro: *Post horam sextam, cum  
esuriret, voluit gustare.* Græcè, *parcè, & mo-  
deratè comedere;* quod est contra eos, qui  
instar canis famelici effundunt se super  
cibum, inquit Dionysius: *Parantibus autè  
illis (minist'is Simonis coriarij, apud què  
Petrus hospitabatur) cecidit super eum mentis  
excessus.* Ob dilationem fames jejuniò bi-  
lem ad nasum, ut assolent, non concivir, sed  
ecstasim meruit, & effecit. Ubi Ambros.  
Pransuro Petro defunt coquoium appa-  
ratus, sed mysteria divina non defunt: ut  
reficiatur Petrus, non cellarium sollicitè  
referatur, sed cælum ipsum protinùs ape-  
ritur.

Ut parcè, ut continentes Sancti in-  
sumendo cibo! Jejunus non sese effundit  
in escam, sed parcè, & modestè ijs utitur:  
contra ac intemperantes, ac impatien-  
tes, qui si quando jejunant, postea vo-  
rant; Petrus tardè, parcè, modestè, & c.

Hi sunt, qui clamorem exactoris non  
audiunt, sed sermonem. Sic Gregor, *Clam-  
orem exactoris (ventris) non audit.* q. d.  
sermonem audit, clamorem non audit, id  
est, indigentiam naturæ audit, excessum,  
appetitumque gulæ non audit.

D *Gula vitam corrigit.*

## PUNCTUM XCII.

M *Emphus* (Heb. *Exoro gula*) sepeliet eos. *Osee 9.*  
Epitaphium, quod secum deferunt  
helluones. *Eglon* (Heb. *vitulus maroris*) *Judic. 3.*  
*crassus nimis.* q. d. saginatus ad mortem. *Hebr.*

Aristor. Varius cibus gravis est, turbu-  
lenta enim, nec æqualis concoctio ejus  
agitur. *Aristot.*  
*Probl. sect.*  
1. 25.

Vulgatissimum illud: Plures occidit  
gula, quàm gladius.

In numeris præcepit Deus Moyfi: *Fae  
tibi duas tubas argenteas ductiles.* Quando  
his canam, Domine? *Si exieritis ad bellum,  
clangetis tubis.* Item: *Si habebitis epulum,  
clangetis tubis.* In bello, & convivio, q. d.  
ubique mors.

*Sepulera*

Num. 12. *Sepulera concupiscentia, simul, & semel gula, & mors. Edificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa. At mors quantum aberit? Sepultura a fini (gule si titulus, ac epitaphium) sepelietur.*

Exod. 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Quid hic sibi vult ludere? Digladiari, Surgant pueri, & ludant, id est, surgant, & digladiantur. Vlulatus pugnae auditur in castris, &c.*

Prov. 23. *Hoc idem & Salomon: Cuirixa, cui ve, cui fovea, mors scilicet! Nonne his, qui student calicibus epotandis? Ut prorogent vitam, vino indulgent, & vino student, clariori, albo, rubro, dulci, &c. calicibus oblongis, crystallinis, in varias formas deductis, sed per hoc in foveam, ac sepulturam deveniunt. O quot modis hodie homines calicibus student! qua arte, quot rationibus student!*

Plin. lib. 19. *Heu prodigia ventris! vel Plinius exclamat: alij glaciem, alij nivem potant, excogitaturque, ut alienis mensibus nix algeat. Nota alienis mensibus. Menses non alieni, sed proprii nivis sunt hyemales: sed hi faciunt algere nivem mense Julij, Augusti: excogitatur, ut alienis mensibus nix algeat. Sed duplicemur: Hodie communes mundi deliciae utuntur nix in calidioribus anni mensibus, & hi sunt hodie menses nivis, sed eousque pervenit gula, ut excogitarit, ut alienis mensibus, vel mediæ hyemis nix algeat. Heu prodigia ventris! Hinc supradicta tortura viro infunito, vel inexplebili. Sed adhuc triplicemur conceptum: & quoniam his gula frigidissimis irritamentis utimur, idcirco in pœnam nix aliquando non cadit, sed in cœlo remanet, ne terram fecundet.*

Nix gula irritamentum.

Jejunium pharmacum immortalitatis. *Chryss. ser. 1. de jeju. D. Ambr.*

Verissimum est, Fratres mei: vitam posuit Deus in jejunio, quod Chryso- stomus vocat pharmacum immortalitatis. Et mors posita est in gula. Cujus rei signum est (inquit Ambrosius) quod primis quinque diebus creationis nihil

A omnino de cibo est loquutus, sexto autem die dixit: *Ecce dedi vobis omnem herbam virentem, &c. ut sint vobis in escam.* Ubi notandum, quod subdit, & perpendit Ambrosius. Primus usus mundi à jejunio capit, sexto die bestia sunt creata, & cum bestiis orta edendi potestas, ubi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi. Quo indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet immi- nui, per quos desit augeti.

B Ratio physica in reactione sita est: agens agendo reparatur. Sicque ejus, qui plus comedit, calor plus agendo, ac concoquendo reparatur, ac per consequens citius extinguitur.

C *Gula, & intemperantia juncta est luxuria.*

PUNCTUM XCIII.

D *F*Acit locus paulò antè allatus. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Tertull. lib. adversus Psychicos transfert: *Et surrexerunt scortari.* Gregor. Dum satietate venter extenditur, aculei libidinis excitantur, hinc dictum est: *Pectore, & ventre repes* semper enim juncta est saturitati lascivia. Et Bernar. Cum venter immoderate reficitur, corpus ad luxuriam excitatur. Item per vinum luxuria nutritur. Vinum intemperatum, venenum est.

E Post vinum in Genesi mox verenda detecta, signum, in promptu esse luxuriam.

Heu per vinum omnes, vel naturæ *Vinum natura* ipsius leges franguntur! Nemo potest *leges omnes* ejusdem evertit.

Exod. 32. Tertull. L. adv. Psyc. Gulositas mater luxuria.

Gen. 3. Bern. ser. 24. ad soror.

Gen. 9.

Basil. hom. l. 28. var.

1. Tim. 6.

Tit. 2.

Gen. 49. Alij.

Ezech. 16.

Cibi parcitas nutrit castitatem.

Gen. 39. Lippom. ibid. Joseph solo pane vivebatur.

Gen. 21.

Hebr. Procop. ibid.

D. Anton. de Pad. in serm.

eiusdem esse pater, maritus, socer, gener, & avus, sed falleris, vinum efficit simul hæc omnia. Basil. Lot filia maritus fuit, ipse sui ipsius gener, & socer, pater, vir, & avus, utrinque natura terminis contumeliam inferens.

Hinc Apostol. Modico vino utere propter stomachum. & propter frequentes tuas infirmitates. q. d. concedo tibi in tot laboribus Episcopatus vinum ad necessitatem, non ad luxuriam.

Idem: In venes hortare, ut sobrii sint, alioquin casti non erunt.

Ruben primogenitus meus, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. Alij: Non effervesceas. q. d. minue ignem. Ut hoc igne efferverunt civitates illæ & saturitate, & abundantia panis! Ut bene post epulas Halitus ejus prunas ardero facit!

Jejunio vincitur luxuria. Quid est, quodd cum esset juvenis Joseph, carnem tamen veluti spiritualizatam habebat & quasi sine incentivis, &c? Nec aliud noverat, nisi panem. Ubi Lippomanus. Hunc locum sic nonnulli intellexerunt, Joseph nihil è cibis domini sui cognovisse, præter siccum panem, quo vescabatur: quid mirum, si luxuriam non cogitabat?

Hoc remedio, Fratres, carnem insolescentem, ac lascivientem coercemus. Abraham post Iusum Ismaël volens domo ejicere Agar matrem ejus, nullum aliud viaticum dedit, quam panem, & aquam. Euth. Sic dicitur à Abraham? Omnino Agar ex Procopio, & D. Antonio de Padua, somnians festa, vel suspirans festa, interpretatur, & significat carnalem voluptatem, que in comestrationibus, & ebrietatibus quasi quodam festo gloriatur. Sic festa suspiras, ubi fueris? convivia somnians? Parum aquæ ad hoc vinum diluendum, ut quæ semper somniat, & educit festa de sub terra, jejunia cogitet, ac vigiliat. Sic, sic Agar luxuriantem è domo mentis, cum non multis obsoniis, sub pane, & aqua corpus reficimus.

D Hieron. ad Eustochium de custodia virginitatis, ubi de rationibus commendavit jejunium, concludit: Hoc dico, non quodd Deus intestinorum nostrorum rugitu, & inanitate ventris delectetur, sed quodd aliter pudicitia tuta esse non possit.

Cum hoc & alij plurimi effectus intemperantia. in Proverb. Ne intuearis vinum, quando flavescit, cum splenderit in vitro color ejus, ingreditur blandè, sed in novissimo mordebit, ut coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur per versa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo. Sed si lubet, antequam explicemus hæc, ad pauld superiora jam tacta verba redeamus: Cui va, cui rixa, cui fovea? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Et postea sequitur: Ne intuearis vini, quando flavescit, &c.

Tangit hic damna intemperantia, & quia quodlibet verbum sententia est, quodlibet perpendamus. Cui va (presens, & futurum) cuius Patri va? Hebr. Cui egessas? O quam id verum! Dixerat & supra: Quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumuntur, & vestietur pannis dormitatio. Hebr. Quia bibax, & edax pauper efficitur. Chal. Et pannis ruptis vestietur; & propterea pauld superius dixi: Noli esse in convivis potatorum, nec in comestrationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt; vel juxta Symmac. Ne sis cum his, qui ex symbolis carnes edunt inter se.

Nunc: Cui fovea (vitiolorum) Hebr. Cui ploratus? Pagnin. Cui loquacitas? Ex D. Greg. filia intemperantia, exemplo epulonis in lingua cruciati. Regia: Cui murmur? Chald. Cui matorum congeries? Cui suffusio oculorum (interiorum, & exteriorum.) Sic Hugo Card. & Hebr. Cui rubor oculorum? Ebriosis enim rubent oculi.

Nonne his, qui commorantur in vino? O quam malum commorari in vino! Bibere ad naturæ necessitatem, & sedandam sitim, malum non est, sed commorari in vino, hoc malum est: nimirum potando, ultra mensuram. Sed si populus manucave. O illud, sedere! &c. Et student calicibus epotandis quod torum Hebr. legit. Morantibus super vinum, & ingredientibus ad querendâ Vini servitator mixturam nimirum dulce cum aceri, albu cum rubro. Vatabl. Apud eos, qui veniunt res perquirunt, ubi vinum miscetur. q. d. laternis perquirunt tabernas: & bene laternis, qui præ vino non vident. Sept. Nonne vestigantibus, ubi composiciones fiant?

Hugo Card. Salaz. in hunc loc. Hebr. Chald. Intemperantia multiplicia mala. Symmac. Hebr. Pagnin. Reg. Chald. Hugo Card. Hebr. Vatabl. Sept.

Nunc

Nunc subdit: *Ne intuearis vinū, quando flavescit; aut Hebr. Cum rubescit, cum splenduerit in vitro color ejus.* Hebr. *Cum dat in calice oculum suum, id est, cum tibi color ille oculum, atque cor videtur abripere.* *Ingressus blandē.* Hebr. *Vadit in rectitudinibus, ex illis nimirum longioribus cyathis in profunda bibentium viscera.* *Sed in novissimo mordebit ut coluber, & quasi regulus venena diffundet (ira scilicet, & luxuria) unde sequitur: Oculi tui videbunt extraneas.* Hugo Cardin. id est, mulieres ad concupiscendum, nam vino incalcescit luxuria. Et Glossa: *Penē naturale vitium est, post vina mulierem in corde concupiscere, concomitante etiam verborum turpitudine, propter quod dicit Apost. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Exemplum habes in Lot, quem Sodoma non vicit, vinum vicit; unde Cajetan. legit: *Oculi tui videbunt extranea.*

Hugo Card.

Glossa.

Ephes. 5.

Gen. 19.

Cajetan.

Ebrius virum cadaver.

Chrysost.

hom. 10 in

Gen.

Gregor. 3.

par. cur.

Pasch. admon. 33

Vinum plus obsuit Noë, quam diluvium

Ebrietas sepulchrum rationis.

Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo. Aptissima metaphora naucleri consopiti, qui nec ad polum inspicit, nec temonem gubernat, sed navim in omnes scopulos impingere sinit: ita & temulentus, quem vivum cadaver. Chrysost. nuncupavit, rationis gubernaculo amisso, tentationum ventis expositus, in scopulos omnes impingit. Sic allegoricè Gregor. Heu ablorptus à vino, que naufragia non pateris? in quos scopulos non impingis? Non poterant melius exprimi damna intemperantiæ. Et eris sicut dormiens ille, cui plus obsuit vinum, quod bibit, quam ipsum metotum diluvium, quod toleravit, de quo Ambros. Et quem nudare non potuerunt diluvia, nudaverunt vina. Seneca: Vile sepulchrum rationis est ebrietas.

A multo vino servientes: servitus enim quædam est, & extrema conditio, vino

Vino occupari extrema servitus.

Ab hac servitute se Dei gratia liberum dicebat Apostolus: *Esca ventri, & venter* 1. Cor. 10. *escis, Deus autē hunc, & has destruet. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.* Ubi Chrys. Venter deditos hoc loco taxat: nam cum rursus in fornicatorem investurus sit, fornicatio autem à cibo, intemperatiā proficitur, vehementer hoc vitium reprehendit, & ait: *Sed ego sub nullius redigar potestate; id est, non efficiar servus hujus affectus.*

Chrys.

Daniel cur vir desideriorum dicitur.

Dan. 10.

D. Hier. ad

Euseb. de cust.

virgin.

Theod. in

hunc loc.

Ab omni parte,

etiam usuali

abstinebat.

Ut erant liberi Sancti ab hisce ventris affectibus! Daniel vir desideriorum. Quid sibi vulr. quidd eum Angelus vocat vitium desideriorum? D. Hieron. *Vir desideriorum* appellatus est, quia panem desiderii non manducavit, & vinum concupiscentiæ non bibit. Theodor. ait hic: Panem desiderabilem vocari eum, qui communis est, & ab omnibus experitur ad vitam sustentandam. *Vir ergo desideriorum* dicitur est, qui nec panem deliciarum de mensa Regis, nec communem omnibus penitus concupisceret. *Vir, hoc est, potens, ac dominus suorum affectuum, ac desideriorum.*

Sed ut servi illi, qui recordabantur piscium, quibus veniebant in mentem pones, qui, ut inquit Hieron. Angelorum cibum contemnes, carnes Ægyptias suspirabant! Quare (inquit alibi Hier?) Sepulchra concupiscentiæ, ubi carnibus deditus populus ruit, usque hodie in solitudine perseverant: & hæc quotidie horum affectuum passibus visitant gulosi.

Num. 15.

D. Hier. l. 2.

contra Iovin.

Annon servus ille, qui ob hunc immoderatum affectum primogenita vendidit! *En morior* (inquit) *o gulosum! quid mihi proderunt primogenita?* Sic eum hic subegit affectus, ut pro vili cibo pretiosum vendere patrimonium compulerit, præcitorum affectu.

Gen. 25.

Esau servus

gula.

Verum est, quod dixit David: *Ista est* 2. Reg. 7. *lex ab Adam, Domine Deus, quam scilicet imposuit nobis. Et jugum, &c.* Sed servi

Oo

Dei

Gula servitus est.

PUNCTVM XXIV.

Tit. 2.

D. Hieron.

**N**on multo vino servientes. Vbi Hieronymus: Signanter expressit, non *Speranza Scriptura selecta.*

Dei ut illud è collo excutiant! ut liberi A remanent, dum quod solum natura necessarium est accipiunt!

pusculum vesperi, quid mirum, si vitura comburit eos?

Philip. 3.

Non sic illi, de quibus Apostolus: Quorum Deus venter est, & (ex consequenti) gloria in confusione, id est, luxuria.

Tertul. l. contra Psychic.

O quam verum! Tertullianus: Gulosus Deus venter est, pulmo templum, aquiliculum, altare, Sacerdos coquus, cujus tota charitas in cacabis fervet, tota fides in culinis calet, tota spes in ferculis jacet, O religiosum cultum! è certè servitutum præclaram! è pudorem!

Gulosus pulchre descriptus.

Conceptus variis de Ieiunio.

PVNCTVM XCVI.

¶ Quam necessarium jejuniū.

Cui non pernecessarium? Ei, qui carnem non habet. Basil. Mulieribus velut respirare jejuniū proprium est. Pueri velut plantæ virides jejunii aqua irrigantur.

D. Bas. hom. 2. de jejuni.

Idem dixit, venerandam esse canitiem jejunii, quod in Paradiso jam olim natus sit. Et Chrysof. Si Paradiso necessarium fuit. extra Paradisum multo magis.

Ieiunium vult paradiso necessarium fuit.

D. Chrysof. hom. 1. de par. Iob. 2.

¶ Ieiunium valet contra tentationes.

Suprà tetigimus, quam acriter Iob fuerit tentatus, & qualiter Diabolus ipse in omnes sese res transformaverit, ut eum acrius pertentare posset. Sed unde visitanta? unde sic patiens? sic fortis? Ex jejunio. Post septem dies loquutus est Iob, & non comedit, neque bibit. Sic vermes (Demones in eis comedentes) jejuniis ipse sustinuit, sic voratoribus vires ademit. Væ, si non fuisset jejunio munitus.

Ieiunio fortis Iob.

Orig. hom. 5. in Iob.

Gulosi imbecilles, ineptique sunt ad tentationes superandas: nam primo conflictu corrumpunt. Facit locus in Genes. de quinque Regibus Sodomæ, & cæterarum civitatum, luxui, ac ventri deditarum, qui quatuor alii Regibus terga verterunt initio statim congressus, quia ubi ad quosdam puteos ibi proximos pervenerunt, inquit sacer Text. Et ceciderunt ibi, quod Vatablus exponit: Et conjecerunt se, aut præcipitaverunt se illuc in eos puteos bituminis, imbecilles utique, ac desperati. Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque surgatis à facie gladii. Septuag. Vomitis, & cadetis, & non resurgetis à facie gladii. Ambros. Et non surgetis à facie gladii.

Gulosus corrumpit. Gen. 14.

Vatabl.

Ierom. 25. Septuag. Ambros.

Convivia vix sine peccato.

PVNCTVM XCV.

Iob. 1. D. Greg.

Divus Gregor. ad ista verba: Cumq; in orbem transisset dies conviviū, mittebat Iob, & sanctificabat illos, surgensque diluculo, offerebat holocausta per singulos; sic ait: Vir quippe sanctus noverat, quod celebrari cōvivia sine culpa vix possunt. Noverat quod magna purgatione sacrificiorum diluendæ essent epulæ convivorū, & quicquid in semetipsis filii convivantes inquinaverant, pater sacrificium immolando tergebat, &c. Quod si convivia inter fratres, & fratres filios talis parentis, qui eos tam benè instituerat, vix sine peccato celebrantur, quid de conviviis eorum, qui mane consurgunt ad ebrietatem sectandam?

Convivia sine culpa vix aguntur.

Isai. 5.

Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, & vino astuatis. Chald. Væ, qui consurgunt mane ad bibendum vinum vetus. Pagnin. Væ iis, qui consurgunt mane, ut ebrietatem sectentur, qui morantur ad crepusculum, donec vinum astuare faciat eos. Sept. Væ, qui consurgunt mane, & siceram sequuntur, qui expectant vesperam, vinum comburet eos. Describit quorundam convivia, quibus comminatum est Væ æternæ damnationis: sectantur vinum vetus, stant ad laudissimam mensam à mane usque ad cre-

Chald. Pagnin.

Septuag.

Exod. 17.  
D. Hier. l. 2.  
contra Ion.  
Gen. 49.

Richard.

Ieiunii hominis  
sputum ser-  
pentes necat.  
D. Ambr.

3. Reg. 21.

Ieiunii quan-  
ta existimatio  
apud demonz.  
Matth. 4.  
S. Pet. Chry-  
sol.

Ecl. 35.

2. Sal. 34.

In Exodo (inquit Hieron.) contra malec oratione Moyli. & totius populi usqs ad vesperam jejuniu dimicatum est.

Gad accinotus praliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Gad est rigor abstinentie (inquit Richardus) hac ante, & retrò, hac à dextris, & à sinistris contra tentationes armamur.

Ambros. in Hexamer. Ieiunii hominis sputum si serpens (tentator) gustaverit, moritur.

¶ Quam excellens sit jejuniu.

Adeo excellens, & sanctum est, ut impia illa Iezabel nulla re, præter jejuniu suu facinus posse contegere, ac velut sanctissimè factum, ostendere posse crediderit, idèd jejuniu prædicari iussit, ut quod sub sancto jejuniu fieret, sanctum crederetur.

Quid quod tam excellens, tamq; sanctum vel ipse Diabolus putabat jejuniu, ut Christum præcipuè ex jejuniu plusquam hominem esse suspicaretur? Sic Petrus Ravennas ad illa verba, Si filius Dei es. Videte, inquit, quid de jejuniis ipse sentiat inimicus. Videtis, quod jam non homines, sed Dei filios credit, quos liberos à ventris conspexerit ser virute.

Hinc Patres, eos, qui jejuniu dediti sunt, Angelos vocant. Sic præcipuè Basil. & Chryl.

¶ De efficacia jejunii.

Datur orationis efficacia, quod cælos penetret: Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Sed notandum est, hanc orationem solam non esse, sed suam comitem habere jejuniu. Hoc sibi vult: Humiliantis se. Humilabam in jejuniu animam meam. Oratio ergo cum jejuniu, & jejuniu eù oratione cælos penetrabunt, & non descendent, donec Altissimus aspi- ciat. Ubi notandum, quod de tali oratione dixit Ecl. quod nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur. Metaphora ducta ab aula Principum. Vidisti aliquem, qui Principis aurem exposcat? non consolatur, donec propinquet: sic oratio cum jejuniu, non quiescit, nec ullam consolationem admittit, donec propinquet ad aures Dei, qui mox mox orata concedit, quod est: non elongabit, non

tardabit, seu non differet: quod significantiùs explicat, subdens: Non habebit patientiam.

Annon id patet in jejuniu Ninive, in quo vel animalia jejuna verunt? Et animalia non gustent quidquam. Quam velox propterea Deus ad ignoscendum?

Quid ea divinorum viscerum contorsio in ea fame, ac terra jejuniu, tempore Eliæ? Ut jejuniu divina viscera commovebat?

Hinc Propheta ad permovendam divinam misericordiã, ut perpendit Chrysol. D. Chrysol. Cerua, inquit, in agro peperit. & hom. ad pop. reliquit: quia non erat herba. & onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Domine, fac propter nomen tuum. Ut vel ex animalium jejuniu Deum ad miscendum commoveret!

Et alibi vim jejunii admirans Chryl. Hom. 1. de Ieiuniu (inquit) urbem magnam, Nini- ven ad ipsum barathrum jam inclinans caput, & venientem desuper plagam accepturam, veluti quædam desuper stans potentia, ex carnificis manibus eripuit, atque ad vitam reduxit.

D De Angelorum custodum erga homines studio, & amore.

PUNCTUM XCVII.

ET quoniam ieiunium est cibus Angelorum. & oratio est læticia, & id est, quod pro nobis cum Deo Angeli pertractant, ad nostrum nunc custodem Angelum digrediamur. Et primùm:

Ut sumus ingrati ad assidua, quæ ex nostris custodibus Angelis accipimus, beneficia! Mox nati custodem Angelum habemus, qui tali, tantaque diligentia, & amore nos custodit.

Supra muros tuos Hierusalem, constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non Angelorum tacebunt. Quis vel amore, etsi mater, vel mercede, etsi diligentissimus facientes suos mulus, perpetuò, tota die, & tota nocte studium, &

O o 2 super amor,